



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Epipodij martyr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

tem precaretur ac regi reginæque vltimam benedictionem sublata, magna cum pietate, dextera impariretur. Corpus deflitutis planè viribus languibat, dubiaque minimè mortis signa edebat, cum spiritus incredibili gaudio exultas inter charos suorum amplexus solutos mortalitatis vinculis ad creatorem suum euolauit.

Moritur vir sanctus.

Pontificiam dignitatem summa cum auctoritate ac eximia sanctitatis laude cõtra regum duorum vim ac potentiam annis tredecim administravit præclarum sanè posteris constantiæ ac fortitudinis exemplum relinquens ne pro ecclesiæ libertate tuenda vllis laboribus frangerentur, vlla ne persecuciones minas vel supplicia formidarent.

VITA ET MARTYRIUM S. EPIPODII
martyris Lugdunensis. ex ea qua exstat apud Suetonium.

Principis Antonini Veri decimoseptimo Imperij anno, cum per multas prouincias gentili-um furor defæuaret, tum in Lugdunensi præcipue vrbe debacchatus est: in qua pro sui magnitudine quanto maiores debebant populi, tanto etiam gentilium copiosior rabies æstuabat. Iudices, officiales, tribuni, milites, vulgus certatim indiscretotam sexu Christianos multiplici crudelitate laniabat. Quorum plurimi distinctis passionibus atque nominibus ad succedentes memorias peruenerunt. Innumeri verò vel carceris squalore extincti vel subita persecutorum rabie delecti humana quidem memoria sepulcri sunt, sed cum summa ac sempiterna gloria in libro vitæ cælestis inscripti. Nam post vltimam martyrum stragem & sequentium passionum crudelitatem, (de qua etiam Christi famuli quos ad Asianos.

Persecutio tẽpore Antonini Veri Lugduni.

Epistola Viennensis & Lugdunensis Ecclesiæ, quos ad Asianos.

Epipodius
& Alexander occultè
Christo de-
feruiunt.

Epipodij
patria.

Virtutes.

De hoc cal-
ceamento
martyris
seribit Gre-
gor. Turon.
de gloria
Cōfess. c. 64.
Captus Epi-
podius in car-
cerem mit-
tatur.

quos tunc illustrissimæ vrbes Vienna & Lugdunum tenebant ad ecclesias Asiæ & Phrygiæ scripta mitterunt) cum pœnè ad internecionem Christi nominati à gentilibus crederetur extinctum, Epipodius & Alexander occultè Catholico cultui operâ dare pœnè fidi per proditiōnē nunciantur : quos ille indagatōe sollicita, religionis reliquias in illis extinguere cupiens, præcepit inquiri.

Et quidè Alexander natione Græcus : Epipodius verò Lugdunensis ciuitatis indigena ambo iuuentutis flore conspicui simul à teneris vna cum literarum gregiam pietatem imbiberât. Erant clarissimi parentibus ad omnem religionem ac modestiam instituti, parentumque Christianorum exemplorū suis cohortationibus ad omnium virtutum incrementa sese excitabant. Sæuiente autem persecutiōne ad aliam atque aliam ciuitatem declinantes ac per latebras tyranni persecutiōnem euadentes Tandem septa murorum occultè egressi, cuiusdam religiosæ ac fidelis viduæ tugurium introierunt. Cumque ibi aliquândiu tecti fide mulierculæ & humilitate latuissent, tandem sagax illos inquit inuenit, eosque per angustum cellulæ aditum intrantes manus infecta corripuit : qui ita trepidantes irruperant, vt S. Epipodius calciamentis vnus, dum pauidus profliret, priuaretur : postea fidelis mulier, tanquam thesauros sibi repositos occuluit.

Itaque captos etiam ante discussionem carceris cepit, quia manifesti putabatur criminis esse, appellatio Christiana. Deinde post triduū, vultu post tergum manibus, ante Præsidis statuam tribunal : quos sæuissimus iudex, astute & impudenter gentiliū multitudine, de nomine & proditiō-

ne interrogauit. Illi verò & vocabula sua ediderūt,
 & Christianos se esse perspicuè testati sunt. Accen-
 ditur ergo iudex & popularis clamor atollitur, &
 innocentes omnium simul insania incurrit. Po-
 testas eos increpat & furorē suum huiusmodi cla-
 more testatur: Etiam nunc aduersus deos immor-
 tales humana temeritas perseverat? Eriā nunc con-
 uelluntur principum sanctiones, & vno eodemque
 maiestatis crimine Imperator impugnatur & nu-
 mina? Vbi sunt tormēta quæ intulimus? vbi cruce? vbi
 gladij? vbi bestia? vbi ignita lamina? vbi di-
 strictio etiā ultra mortis terminos procurata? Ex-
 tincti sunt homines, sepulcra non extant, & tamen
 Christi memoria perseverat? O puniendi, quo au-
 tem in religione vetita perdurāstis? Iam nūc pro ve-
 stra præsumptionis temeritate pœnas dabit: ac
 ne se inuicem exhortentur, aut muniāt sermone vel
 muribus, eiecto Alexandro, qui est ætate firmior, Epi-
 podius applicetur. Quem scilicet singulariter de-
 stratum, dum pro coniectura ætatis teneriorem a-
 nimo iudicabat, serpentis antiqui vsus calliditate,
 venerata blandimentorum arte sollicitat. Video e-
 nim te, ait, iuuenē: & nefas est vt in intentione præ-
 mi propositi perseueres & pereas. Nos immortales
 deos colimus, quos vniuersitas populorum, quos
 etiā nominibus proprijs sacratissimi principes ve-
 nerantur. Nos deos colimus lætitia, conuiujs, can-
 tionibus, laudibus, commestatione & lasciuijs: vos
 vero hominem in crucem actum, cui cuncta volu-
 ptates displicent, qui ieiunijs corporisque afflictio-
 nibus delectatur: & qui postremò suis cultoribus
 præmia nulla conferre potest. Nam qui se à vilissi-
 morum hominum insectatione tueri non potuit,
 alijs quid quæso beneficij conferet?

Minæ iudi-
cis.

Blāditur iu-
dex Epipo-
dio.

Ad

Epipodij
constantia
viris & o-
ratio Spi-
rituallima.

Ad hec beatus Epipodius: Non ita me Christus
Catholicae fidei armavit affectus, ut sensum meum
blanda misericordiae tuae signenta permoueat. Va-
tas enim ista crudelitas est: & vobiscum vivere ma-
xerena. Ceterum a vobis perire, gloriosum. Semp-
ternum vero Dominum nostrum Iesum Christum
quem tu mihi crucifixum commemoras, quid
resurrexisse ignoras? qui ineffabili mysterio hoc
pariter & Deus famulis suis tramitem immorta-
tatis instituit: & ad caelestia regna perducit. Se-
nissis, quae captum tuum excedunt, ad eone den-
es, ut nescias hominem ex animae & corporis de-
ci constare substantia? Animae imperio, corp-
feruitio magis utimur. Turpitudines, quibus
mones vestros colitis, oblectant membra corpo-
mentes interimunt. Quia autem illa vita est vobis
tis potioris detrimenda capiuntur? Nos pro
aduersus vitia dimicamus. Vobis Deus ventus
& in morem pecudum post ingluuiem prodig-
finem vitae praesentis mortis iudicatis occalum-
terum nos, quicumque vobis persequenibus in-
mus, dum tempora amittimus vitam ingrediamur
aeternitatis.

Ceditur pu-
gnis os mar-
tyris & ille
fit constan-
tior.

Iudex vero responsi huius liuore & admira-
ne defixus, iracundiaque stimulante commotus
mirabile eloquentiae domicilium, id est, os ma-
ris elidi pugnorum ictibus iubet. Ac deinceps
Epipodius illato dolore constantior, mixtis con-
dentibus, haec verba profudit: Christum cum
ac Spiritu sancto Deum esse confiteor, dignum
est, ut illi animam meam refunda, qui mihi redem-
tor est & redemptor. Ita enim mihi vita non
tur sed mutatur in melius. Nec interest in
corpo-
inuecta.
Cum
loquere
penditu
latera ei
bito pop
vel obru
uis, fa
re omniu
ens aut
tionem,
ad sedan
& infan
guendam
riri iuber
multus, t
tio accele
ac perfect
remuner-

torporea quo sine soluat, dum modò anima cælis inuecta, ad suum reuertatur auctorem.

Cum hæc beatus Epipodius constanti assertione loqueretur, imperio truculenti iudicis eculo suspenditur, circumstantibus hinc indè lictoribus, ut latera eius impressis vnguibus sulcarètur. Tunc subito populi terribilis clamor factus est, petentis, ut vel obrueretur imbre saxorum aut membratim diuisus, sæuientium insania carperetur. Sed de furore omnium tarda erat crudelitas iudicantis. Meruens autè Præses, nè magis vim perferret, & per seditionem, potèstatis ac iudicij reuerentia turbaretur, ad sedandum circumfusæ multitudinis præcipitem & insanu furorem, causamque cõmotionis extinguendam, educu extra tribunal, gladio raptim ferri iuber. itaque quãto infestior fuit inimicorũ tumultus, tãto citius, dispositione diuina, cõsummatio accelerata est martyrij: ut pueru suu de passione ac persecutoribus triumphãtem velocius Christus remuneraret, qui est benedictus in secula. Amen.

Quæ hoc loco sequuntur de Alexandro socio Epipodij lector inueniet infra 24 Aprilis.

CERTAMEN SANCTORVM ET GLO-
nosorum Martyrum Acepstima, Ioseph, & AEthala.
ex his quæ sunt apud Metaphrasten.

Vo tempore Saporius Persarum rex Christi-
22. Aprilis
22. Aprilis
Acepstima
virtutes.
Epipodius nomen acerrimè persequabatur, A-
cepstimas ætate ac prudentia venerandus
Christianam religionem acrius defendendam sus-
cepit. Erat enim non solùm ætate & canitie gra-
tis sed morum etiam grauitate omnibus adeo con-
spicuis ut cuncti solo eius intuitu ad animi quan-
dam modestiam pietatemque vocarentur. Quibus
saue

Gladio S. E.
pipodius fe-
titur.